



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Commentaria In Regulas Cancellariæ Apostolicæ: Sive In  
Glossemata Alphonsi Sotto, Glossatoris nuncupati**

**Chokier, Jean de**

**Coloniae Agrippinae, 1674**

Reg. LVI. de Indulgentiis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62377](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62377)

modi privilegium reddatur elusorum, si distributiones excluderentur, in quibus alioqui omnes fructus paucis exceptis, consistunt, quod privilegium similiiter extendit Eugenius IV, ut nimis studiosi Universitatis Lovaniensis cum ea integritate percipient, cum qua illos perciperent, si in locis beneficij residerent.

## Argumenta in Regul. lvi. Innocentij VIII.

- |  |  |
|--|--|
| <ol style="list-style-type: none"> <li>1. Beneficium Principis est latissime interpretandum</li> <li>2. Discrimen inter aeternam &amp; sempiternum.</li> </ol> | <ol style="list-style-type: none"> <li>3. Haec Reg. non est danda.</li> <li>4. Questorum abusus sublati per Concilium Tridentum, &amp; etiam in Diocesi Leodiensi, per statuta Synodalia.</li> </ol> |
|--|--|

## REGULA LVI.

INNOCENTII VIII.

### DE INDULGENTIIS.

**I** Tem voluit quod in litteris indulgentiarum solum dentur festa per cancellariam dari solita, & quod durent per xx. annos, nisi petatur pro una die, tunc durent perpetuò.

### GLOSSEMA ALPHONSI.

**R**egula ista dicit, quod si Papa concedat Indulgencias alicui Ecclesie in certis festis tunc debemus inferi festa que solent dari per Cancellariam, & durabunt per xx. annos, & non plus: tamen si petantur pro una die tantum in anno, tunc durabunt in perpetuum, hoc dicit. Et ratio dubitandi de xx. annis potuit esse, quia beneficium Principis latissime est interpretandum, olim de verb. sig. facit c. cum dilectus de donat, & i. f. ff. de constitut. princip. & sic videbatur quod per signaturam Principis debeat concessio interpretari in perpetuum, facit cap. decet concessum de regul. jur. lib. vi.

**B**Sed in contrarium facit: quia istae Indulgencias sunt odiosa, propter Questores qui non querunt commodum animarum, sed potius pecuniarum, facit cap. cum ex eo de pen. & re clemen. cum abusionibus eo. titul. sed quando petitur Indulgenzia pro una die tantum in anno, debet durare perpetuo id est in sempiternum:

nam hic ponitur perpetuum pro sempiterno, quia perpetuum habet finem, multis motis, ut no. in l. 1. ff pro socio, & eternum est quod semper fuit & est erit, ut Deus, & sempiternum quod habuit principium, sed non definier, ut Anima, Angelus, servitus & diabolus, notabilis in I. eum debere ff. de servi Urb. præd. & sic capitur hic perpetuum, pro sempiterno quo usq; finiatur mundus. Camera tamen in hoc extenderet vires ultrageulan, iuxta signaturam Pape. Et ista regula non est danda: quia concernit tantum expeditionem litterarum, & non ponit decretum irritans.

## COMMENTARIA IO. A CHOKIER.

**A** Latisimè est interpretandum) Præsertim si motu proprio sit concessum Mole dan. decisi. 9. de Privileg. Multa de Indulgencij vide apud Rebuffi, in addit. Reg. Cancell. ad hanc Regulam, & Feli in tract. de Indulg. & passim Canonistas.

**B** Propter questores qui) Horum Quæstororum abusus merito sultulit S. Concl. Trid. in Sess. 21. c. 9. & sess. 25. c. 24. & seq. in quos etiam acriter invehitur D. Navar. tract. de Jubileo & Indulgen. notabilis 3. nu. 46. & Zerola in præxi Episcopali verbo questores ubi adducit resolutionem S. Congregationis hanc: Prae leemosinorum Questores, debent prohiberi non autem illi qui eleemosinas collectas impensis erogant: & subjicit eandem S. Congregationem resolvisse dari posselicitatem eleemosinas cum novem circumstantiis, de quibus ibi. Deniq; horum abusus Quæstorum etiam sublati in hac patria Leodiensi per statuta Synodalia Rudolphi Episcopi Leodien.

## Argumenta in Regul. LVII.

- |   |   |
|---|---|
| 1. Secundum privilegium non faciens mentionem priorum valet.  | 3. Hac Regul. non est danda: quia concavit expeditionem litterarum. |
| 2. Indulgencia à quolibet novo Pontifice debet peti renovari. | 4. Per mortem concedentis non conferunt revocata indulgentia.       |

## Regula LVII. INNOCENTII VIII.

qua est LII. PAULI V.

## DE CLAUSIS PONENDIS IN LITTERIS INDULG.

**I** Tem voluit quod in litteris indulgentiarum ponatur clausula quod si Ecclesia seu Cappella vel alias aliqua indulgentia fuerit per